as.frequentatiuũ de sustineo es. Subleuo as. de sub et leuo as. cõ ponitur ¶ Gesto as. frequentatiuũ de gero is. Et nota drãm inter gestio tis. iui. gestire. et gesto as. aui. are. Gestire. i. cupere. et gesta re. i. portare. Et vtrũqz de gero geris gessi dicitur. Gesto Gestio.

Pergo

Pergo/ vel gradior/ adeo vado/ proficiscor/ Pre dictis societur eo/ vel itinero verbis

Ista vba idem signt cũ hoc vbo pergo gis. perrexi pergere. quod componitur de per et rego gis. ¶ Gradior ris. gressus sum gradi. Gradior vbum deponẽs quod componitur Congredior ris. Aggredior ris. Regredior ris. Egredior ris. egressus sum egredi. Adeo is. adiui adire aditum tu. media correpta in supinis. componitur de ad et eo is. Uado is. vasi dere. Et componitur Euado is. euasi. euadere eua sum su. in supinis (to skape) Proficiscor ris. pfectus sum pficisci. Uado id est pergere. dicitur de pficio cis. feci. Eo is. iui ire eundi do. dũ. itum itu in supinis. Itinero as. de iter ris. dicitur.

¶ Uestigo/ scrutor/ exploro/ queroqz/ rimor/ Scitor/ et indago/ percontor/ sciscitor/ addo

Quero.

¶ Ista vba idem significãt cum hoc vbo Quero ris. quesiui qre re quesitum tu. in supinis ¶ Uestigo as. aui. are. quod et vestio as. aui. are. dicitur. quod deriuatur de hoc vestigium gij. Scrutor aris. scrutatus sum tari. vbum deponẽs. Exploro as. componitur de ex et ploro. Rimor aris. vbum deponens. id est inquirere. inuestigare Et tractum est a porcis qui per rimas terre siliquas et radices in= quirunt. Scitor aris. frequentatiuũ irregulare scdm significatõem et formationẽ de scio scis scitum tu. u in o et additur r. fit scitor aris. id est querere. Indago as. id est inquirere. inuestigare. vnde hec in dago nis. id est inquisitio ¶ Percontor aris. de per et contor aris. quod idem est quod querere vel perquirere Et dicitur de hic con= tus ti. to. i. partica cum qua piscatur/ scrutatur aqua inquirendo pi sces. Et etiam est quoddam genus teli. et ppie quod ferrum non habet. sed est acuta cuspide ¶ Sciscitor aris. tatus sum ri. id est in quirere. Et formatur a secunda persona huius verbi scisco scis. ab lecta s et addita tor. et fit sciscitor ris. et idem est quod scrutari. id est inquirere/ inuestigare/ interrogare. querere. Et est similiter irregu lare frequentatiuum et scdm formatõem et significatiõem. Uestigo Rimor Scitor Percõtor Sciscitor.

Rhete.

¶ Rhete/ sagena/ plaga/ cũ casse/ sagenula/ lina/ Addas rheticulum/ de reti retio dictum.

Rhete ¶ Jsta nomĩa idem significãt cum hoc nomĩe Rhete tis. quod dr de retineo nes. Unde hoc rheticulũ diminuti. Et rhetiarius rij. qui facit retia. ¶ hec sagena ne. de hoc sagum gi. dr. Sagum vestis alicuius sagaciter factũ. De sago saccus. de sacco fit tibi succus. De succo succus. de succo fit tibi soccus. De socco socius. sic grãmatice tenet vsus. Unde hic sagenarius rij. est ille q facit sagenas. ¶ hec plaga ge. i. rhete vel potius funis rhetis. pprie quidẽ plage sunt funes illi qbus rhetia tenduntur. circa summã partẽ. sed ponitur quoq pro ipsis rhetibus ¶ hic cassis sis. s. a careo es. dicitur. vel de capio pis ¶ hoc linũ ni. est materia vñ fiũt rhetia. Et quoq ponitur pro rhetibus. materia scz pro materiato. Unde ouidius. Lina madẽt comites ferrumq comare forãtũ. ¶ Jtem nota q retio tis. tiui. tire. id est capere. Componitur cum re. Et dr irretio tis. tiui. tire. i. illaqueare impedire. Uersus. Quas irretiui volucres has illaqueaui.

Sagum

Plaga

Cassis

Linum

Rusticus

Rusticus: agricola: rudis: et villanus: agrestis
Et cum ruricola: societur villicus istis

¶ Jsta nomĩa idem signt. Hic rusticus ci. et est rusticus operarius in rure. vel qui in rure moratur. et colit rus. i. arat rus ¶ hic et hec agricola le. de ager agri. et colo is componitur. ¶ hic rudis dis. di. vel hic et hec rudis et hoc rude. qa rudis est rusticus non subtilis. ¶ Hic villanus ni. vel hic villicus ci. Et possunt declinari mobiliter. villanus a. um. villicus a. um. id est rusticus Et dñr de hec villa ¶ Hic et hec agrestis et hoc agreste de ager agri dicitur ¶ Hic et hec ruricola ruricole. de rus ruris et colo is.

Rudis

Villanus

Opilio

¶ Custodes ouium nos dicimus opiliones
Archimandritas constat quos esse vocatos
Mulio sed custos mulorum dicitur esse
Ad quos cura boum spectat: dic esse bubulcos

¶ Superius autor docuit quot nominibus potest rusticus appellari. Hic docet qui sunt ab effectu meri rustici dicens. q isti scilicet opilio. custos ouium ¶ Hic archimandrita te. grecum. Et dr de archos quod est princeps et mandros ouis. quasi princeps ouium. ¶ Hic mulio mulionis de mulus li. dicitur ¶ Hic Bubulcus ci. de bos bouis et custos componitur et dr custos boum ¶ hic subulcus ci. de sub et sus suis. et custos. id est custos suum. id est porcorum.

archimãdrita

Bubulcus

Subulcus

¶ Inter se distant/teres/orbiculare/rotundum | Rotundū
Hastam dic teretem/pomū dic esse rotundum.
Effigiem pomi retinet sibi spera/vel oui.
Sperica de spera sic credas esse vocata.

¶ Nomina ista quo ad genus idem signt. differūt tñ quo ad speciē ꝛ ponūtur ꝓ rotundo. Hic ꝛ hec teres etis. media concepta. in gtō. Et dicitur a tero ris. ꝛ ꝓprie pertinet ad hastam. vt hasta dr teres (Teres) ¶ Hic ꝛ hec orbicularis. ꝛ hoc re. i. circularis. Orbis enī est rotunditas circuli ꝛ cuiuslibet rei. ꝛ dicitur de rota te. quia quasi rota est (Orbicularis.) ¶ Rotundus a. um. de hec rota te. ꝛ proprie pomū est rotundum. ¶ Hec spera re. ꝛ ꝓprie est spera vnū corpus rotundum. vt pom vel ouū. Et diffinitur sic ab Hug. Sphera est mediante dyametro ꝯtinua semicirculi conductio. Et dr spera quasi spaciū rotundū. Et dicitur de hoc spacium spacij. vnde spericus a. um. (Spera)

Regredior/repedoqꝫ remetior/atqꝫ reuertor.
Repatrio/remeo/redeoqꝫ/recurro/recurso.

¶ Dicit ꝙ ista verba sunt eiusdem signtionis. Regredior. ris. vbū deponens. de re ꝛ gradior cōponitur. ¶ Repedo as. aui. are. de re. ꝛ pedo as. qd deriuatur de pes pedis. sed nō est in vsu. Remetior tiris. remensus sum. tiri. deponens. de re ꝛ metior. Reuertor ris. reuersus sum. reuerti. deponens. ꝛ etiā reuerto tis. in eodem sensu inuenitur. sed reuertor est deponens. ꝛ reuerto neutꝝ. potest etiā esse actiuū. vt reuertam te. i. retrouertā te. Repatrio as. aui. de re ꝛ patrio as. cōponitur. Remeo as. cōponitur de re ꝛ meo as. i. eo is ire Redeo is. ire. de re ꝛ eo. interposita d. Recurro is. de re ꝛ curro ris Recurso as. aui. are. frequentatiuū de recurro is. recurri. recursum recursu in supino. u in o fit recurso as. are. (Regredior. Repedo as Reuertor Recurso.)

¶ Pessula sūt obices: sera/sūt repagula/vectes. | Sera
Addatur clatrus/a claudendo tibi dictus.

¶ Ista nomina sunt eiusdem signtionis cum hoc nomine repagulū li. i. obex qui ad impedimentū obijcitur ꝛ opponitur. Uel' queccꝫ firmatura hostij (anglice a dorbare) Et dr repagulum a repando. is (Repagulum.)

Pessulum. ¶ Hoc pessulum li. de pello lis. Hic obex icis. penultima producta in omnibus casibus. Et forte tunc scribitur cum duplici i. vt obijcis. sicut obijcio a quo deriuatur. autor hic tamen corripit necessitate metri coactus

Sera. Clatrus ¶ hec sera re. et est proprie lignum quod ex transuerso ostij ponitur. Unde sero as. aui. ostio opponere. ostium claudere. firmare. ¶ hec vectis. tis. de veho is. dicitur. Hic clatrus tri. de claudo is. dicitur. quia claudit ostium. Et proprie clatrus est repagulum quod hostio opponitur. vel ipsum ostium. et precipue ortorum vinearum vel viridariorum.

Dic parmas / clipeos / ancile / vel egida / scutum.
Scutum Pelta rotundatur / clipei pars vmbo vocatur.

Parma. Clipeus. Ancile Egida ¶ Ista nomina sunt eiusdem significationis. Et sunt arma defensiua quibus ictus hostium repellitur. ¶ hec parma me. et dicitur quasi parua arma vel parma quasi par manui (anglice a bokeler) ¶ hic clipeus. pei de clepo pis (quod est furari) dicitur. quia furatur ictus percucientis ¶ hoc ancile lis. de ante dicitur. quia ante hominem debet esse. ¶ hec egida de. vel hec egis egidis de ago agis. et est Accusatiui casus. Accusatiuo hanc egidem vel egida. Et dicitur egis egidis. ab egle quod est capra. quia tegit pellibus caprinis. Et fuit egis scutum palladis. hec egida de. vel egis egidis. dicitur quia agitur ante pectus pugnantis ¶ hoc scutum ti. ab hec scuta te. quod

Pelta Umbo forma rotunda dicitur. vel ab excutio tis. quia ex se excusat ictus telorum. ¶ hec pelta te. de pello is. ¶ hic vmbo onis. de hic vmbilicus ci. dicitur. et est media pars scuti vel pelte (anglice a bose)

Dicas mausoleum / poliandrum / tumba / sepulcrum.
Sepulcrum Sarcofagus / bustum / tumulus vel pyramis / vrna
Dans monumenta necis / coniungitur his monumentum.

Mausoleum. Poliandrum ¶ Ista nomina sunt idem cum sepulcro. de sepelio lis. quia in eo sepeliuntur corpora mortuorum. Hoc mausoleum. lei. dicitur de mausolo inuentore illius. et tunc producit penultimam. Uel dicitur de manes nium. ibus. que sunt anime infernales. et tunc corripit penultimam. ¶ Hoc poliandrum dri. dicitur de polis quod est ciuitas cuiuslibet viri. et andros quod est vir. quia est vltima ciuitas cuiuslibet viri. Uel poliandrum dicitur vel interpretatur multitudo virorum. et sic dicitur cimiterium propter multitudinem virorum ibi sepultorum. ¶ Hec tumba be. de tumeo es. dicitur. et similiter tumulus li.

Tumba. Sarcofagus. Bustum Pyramis Urna. ¶ Hic sarcofagus gi. de sarcos. i. caro. et fagin comedere. quia ibi comeduntur carnes nostre a vermibus. ¶ hoc bustum ti. ab vro ris. dicitur. quia ibi solet corpus mortuorum comburi ¶ hic pyramis idis. a pyr quod est ignis. quia surgit in acutum sicut ignis ¶ hec vrna ne. est proprie vas

quod p condensis defunctorum cineribus adhiberi solet. (vnde poeta) Solo tegitur qui nō habet vrnam.i.sepulcrum. ¶ Hoc monumentum.ti i.sepulcrum.q: p transeuntium mentes moueat ad hoc debere transire. ɀ dr a moueo es.qz mouet mentē seu memoriā defuncti. Monumentū

Est callis/trames/est orbita/semita/limes
Viculus/ɀ vicus est publica strata/platea.
Est biuiū via duplex/est triuiū via triplex
Compita/ quadriuiū dic quattuor esse viarum.
A callet callis/sed ab orbe fit orbita trames
A transmitto venit/sed iter dat semita semis/ Semita.

¶ Ista nomina idem signt cum hoc noie semita te. ɀ dr a semis qd est dimidiū.et est semita duorum pedū.scz via stricta vt alter alterius in transitu transire nō possit.et dr semita quasi semis iter.i.dimidiū iter. Et est semita ppe hoim. Callis ferarum ɀ pecudum.a calcando vel a callendo.vel a callo.est eni callis ppe semita stricta ɀ tenuis a callo pedū pdurata. ¶ hic trames tis.a trāsmitto tis.parua via transuersa p agrum.q: trāsmittit ad aliā partē agri·vel a trāsuerto tis.q: p transuersum ducat vel a traho is.quia trahit a publica via ¶ hec orbita te.ab orbis dr. ɀ est ppe vestigiū carri.vel rote. Ab orbe i.circulo rote dicta.s.actus rote.quo pecus duci solet. ¶ hic limes itis.dr. de limus a.um. Et sunt ppe limites transuersa in agris itinera vel fines.qui diuidūt ɀ extermināt.vn limito.as.aui. are.i.terminare. ¶ hic vicolus li.dim.de vicus ci. a vice deriuatur q: vice ciuitatis habetur. ¶ hec strata te.a sterno is.straui.dicitur ¶ hec platea tee.a platon grece qd est latum latine.q:lata via est ¶ hoc biuiū uij.de bis ɀ via vbi due vie pcurrūt. Quadriuiū. vbi quattuor vie pcurrūt. Triuiū uij. vbi tres vie pcurrūt ɀ exponūt se vnde cōponūtur. ¶ hoc compitū ti.est collectio pluriū viarum.locus vbi plures vie se petunt ɀ cōueniūt. sicut biuiū triuiū ɀ quadriuiū. Et deriuātur de competo tis.vel pponitur de con. ɀ pital quod est via.vn hic ɀ hec compitalis.ɀ hoc le ¶ hec via vie de veho is.dr

Callis
Trames.
Orbita.
Limes.
Strata.
Platea
Biuium.
Triuium
Quadriuiū.

Sol tytan/phebus/titulus venit hincɀ ephebus Sol

¶ Ista nomina pueniunt in signtōne. hic sol solis. deriuat de solus a.um.q: solus luceat fulgore suo syderibus obscuratis. hic tytan is. Tytas

media pducta.i.sol. Unde titulus li. Et dictus est titan: a tytan. qd interpretatur illuminans ¶ Titulus diffinitur sic. Est brevis annotatio eorum que confusius in sequenti opere continentur. ¶ Hic ephebus bi. componitur de phebus bi. Et est Ephebus valde pulcer. et valde lucidus. scz iuvenis pulcer et impubes. Unde ephebiolus. li. diminutivum. Et possunt declinare mobiliter. ephebus a. um. et ephebiolus. a. um. Et dr phebus bi. de fos grece qd est lux latine

Ephebus.

Stolidus

Est fatuus stolidus/erroneus/insipiensqz.
Inscius et brutus/simplex/ideota stultus
Indoctus/simul insipidus coniungitur istis
Inconsultus/et elinguis/cum verba negantur
Incautus sit in his/imprudens/inique peritus.

¶ Ista nomina sunt idem. Fatuus tui. et dr de for faris. Et est Fatuus qui impericiam suam ostendit fando quicquid latet in animo. vel respondendo ad interrogata. Vel ideo dr a fando fatuus. quia nec ipse qd fatur. nec qd alij dicunt intelligit. ¶ Stolidus. de extollo lis. extuli. extollere. Stultus de extollo lis. ¶ Erronius. a. um. de erro as. Insipiens de in. et sapiens. Inscius. a. um. de in et scio scis. ¶ Brutus a. um. i. stolidus. insulsus stultus. immundus. de bruteo es. dicitur. ¶ Hic hec hoc simplex cis. componitur de sine. et hec plica ce. ¶ Hic et hec ydeota te. componitur de ydus quod est divisus a. um. et iota littera. i. illitteratus quasi divisus a litteris. s. indoctus. insipiens. ¶ Indoctus a. um. de in et doctus. quasi non doctus. ¶ Insipidus a. um. de in et sapiens. Inconsultus a. um. de in et consultus. a. um. ¶ Hic et hec elinguis. et hoc e. componitur de e prepositione et lingua quasi extra linguam positus. ¶ Incautus a. um. de in et cautus. a. um. ¶ Hic hec et hoc imprudens tis. quasi procul ante videns ea que futura sunt. Imperitus a. um. de in et peritus a. um.

Stultus.
Brutus
Ideota
Elinguis
Imprudens.

Scamnum

Scamnum/scabellum/subsellia/sella/scanellum.
Predictis pluteum/sedemqz/sedilia iungas.

¶ Ista nomina conveniunt in significatione cum hoc nomine hoc scamnum ni. Et dr de scando dis. ¶ hoc scabellum li. pro scanellum li dr. per mutationem n littere. in b. ¶ hoc subsellium lij. de sub et hec sedes dis. dr ¶ Hec sella le. de sedeo es. dicitur. ¶ Scanellum li. per unum n. diminutivum de scamnum. Et dicitur etiam scanulum li. et scanellum in eodem

Subsellium
Scanellum

sensu cum scanellum. a quo etiam deriuatur. ¶ Hoc pluteum tei. idem quod sedes. et dicitur de pluo is sola voce. ¶ Hec sedes dis. de sedeo es. ¶ Hoc sedile lis. de sedeo sedes.

Pluteum
Sedes.

Est seges: atqꝫ ceres: sunt fruges: et sata: messes
Cum seritur seges est: sata cum radicibus herēt
Fruges cū fruimur: sunt messes quādo metūtur
Deqꝫ creando ceres fertur: quia res creat oīs
Dicitur annona: quam postulat annuus vsus.
Semineū: sementium: sementis idem sunt
Semina iungantur ꝑdictis: a sero dicta
Et sementina res est a semine dicta.

Seges

¶ Ista nomīa cōueniūt in sigtōe. Hec seges tis. a sero is. vel a seco as. dr. ¶ hec ceres ris. media correpta gti. est ꝓprie dea frugū. Et dr a creo as. qa creat fruges. vel etiā alias res oēs. ¶ Fruges nō hꝫ nem casum singularē in vsu. ⁊ dr fruges a fruor ris. Segetes dnr cū serūtur a sero is. Messes cū metūtur ⁊ colligūtur a meto is. Fruges cū fruūtur a fruēdo. i. vescēdo. Hoc satū ti. de sero seui. re. satū tu. ⁊ sūt sata cū herēt radicibus post seminatōem. ¶ hec annona ne. de annus ni. dr eo ꝙ singulis annis renouet ¶ hoc semē nis de sero is dr. Vn̄ semieus a. um. ⁊ hoc semineū nei. i. semē vel cuiuslibet rei exordiū. vel lucrū de semie. ⁊ semētinus a. um. ⁊ hoc semētinū ni. i. semē. ⁊ hec semētis tis. i. semen frugū. vel tp̄s seminandi

Seges.
Ceres
Fruges
Annona
Semen

Discus: catinus: lanx: est scutella: parasis
Fit de lance bilanx: pasitis nota peraplis

Scutella

¶ Ista noīa sūt eiusdē sigtiōis cū isto nomīe hec scutella le. ⁊ dr de hoc scutū ti. Hic discus sci. dr de stus qđ est rotūdū. vn̄ hic disculus diminu. Et nota ꝙ discus est scutella et nō mēsa lꝫ ꝓ ea ponatur ꝑ metonomiā. ¶ hic catinus ni. i. discus. ⁊ dr a catō qđ est cōe. quia cōis oibus est. Hec parapsis sidis. de ꝑ ⁊ absida cōponit. Hec lanx cis de latus a. um. dr qa lata est. ⁊ ꝓprie lāx est discus trutine. et cōponitur cū bis. ⁊ dr bilāx cis. i. trutina q̄ hēt binas lances ¶ hic parasitus ti. cōponitur de parapsis ⁊ situs a. um. q̄si in papside. ⁊ ideo dr in vsu ꝙ parapsis est nota parasitis. i. leccatoribus et gulosis.

Discus
Catinus
Parapsis
Parasitus

Socius

Est consors: sociusq: comes: collega: sodalis:
Dat sors consortem: comitē via: mensa sodalē:
Missio collegam: socium labor efficit idem

Comes
Collega
Consors.

¶ Ista noīa cōuenīūt in vna sigtiōe cū hoc nomie socius. hnt tn̄ aliqualē drām. vt in eor expōe patebit. Hic socius cij. a socus ci. qd ē quoddā calciamētū. et sunt socij ꝓpter p̄culi et opis vel laboris societatem. q̄si in vno soco. i. caliga. i. in vno vestigio manētes et est ꝓprie socius ī periculo. Hic et hec comes tis. i. socius et ꝓprie comes in itinere. et dr̄ comeo as. Hic et hec collega ge. i. socius et ꝓprie in officio. et dr̄ de con. et lego as. i. simul mittere. Hic et hec sodalis. i. socius in mēsa. vel scutella. vel in sede. et dicitur a sedes vel a suadeo vel a sedeo. Hic et hec consors tis. de con et sors tis. et ꝓprie cōsors est socius in p̄mio. Et dicitur consors q̄si eiusdem sortis

Signifer

Signifer: antesignarius: rem signat eandem
His primicerius: vexillifer: associatur
Primus pila ferens: est primipilus in istis.

Antesignarius
Primicerius
Primipilus

Ista noīa idē signt. Hic signifer ri. ro. ē ille q̄ portat vexillum ī bello añ exercitū et dicitur de hoc signū ni. et fero fers. Hic antesignarius rij. est idē et dicit̄ de añ. et hoc signū ni. et fero fers. Hic primiceri⁹ rij. dr̄ de primus et cera grece qd est legio latine. q̄a p̄ire debet legionē. Hic vexillifer ri. de vexillū et fero fers. s. q̄ fert vexillū. Hic primipilus li. penul. ꝓducta dr̄ de primus a. um. et hoc pilū li. qd telū dr̄.

Splēdeo

Splēdet: et irradiat: lucet: nitet: atq coruscat:
Emicat: atq micat: rutilat: claretq relucet.

Niteo.
Corusco
Rutilo

¶ Ista v̄ba idem signt cum splendeo es. ui. ere. caret supinis. vn̄ hic splendor oris. et splendidus da. dum. Irradio as. aui. are. de in et radio as. Luceo ces. luxi. cere. caret supinis Et componitur. Reluceo ces. ¶ Niteo es. tui. tere. caret supinis. Et componitur. Reniteo es. Inniteo es. Unde hic nitor ris. et nitidus a. um. ¶ Corusco as. aui. are. i. splēdere. vnde hec chorusca tio onis. i. splendor fulgor. ¶ Emico as. aui are caret supinis. de e et mico as. cui dicitur rutilo as. aui. are. i. splendere. Et dicitur de rutilus a. um. et illud de rubeo es. Clareo. es. ui. ere. de clarus a. um.

Prolunies/sanies/caries/pus res eadem sunt/ **Sordes.**
Sordes/spurcicia/fex/ꝛ feculentia squalor
Cum macula tabes/assint contagia/labes
Sordem dic tecti scoriam dic esse metalli.
Dat tibi tabo/non plus per cetera quero.

¶ Ista nomīa idem signt. Hec proluuies ei .i. sanies vel sordes. dr de proluo is. ¶ Hec sanies ei .i. putredo que ex sanguine nascitur. Et differt a tabo. qꝛ fluere sanie viuoꝝ est. sꝫ fluere tabe mortuoꝝ ē. Item tabes est putredo que stat. sanies que fluit. ꝛ dr sanies a sanguis. uinis. ¶ Tabes dr a sto stas. q̄si stabes. ꝛ a tabes tabi ḡtiūs ꝛ tabo dtiūs ꝛ ablt̄iūs in eodeꝫ sensu cū tabes. ꝛ est neutꝝ dyptotū .i. habet variationē duoꝝ casuū. vel duaꝝ vocū casualiū. in gtō tabi. dtō ꝛ abltō tabo. Hec caries ei. de careo es dr. Et est caries ꝓprie lignoꝝ. putredo vero aliaꝝ reꝝ. ¶ Hoc pus indeclinabile. de puteo es. dr .i. putredo vel infirmitas que reddit hominē putridū. Itē habetur hoc pus puris puri .i. custodia. Vñ. Pus ꝓ putredo nō declinabile credo. Pus declinatur custodia q̄ñ notatur. Et tūc dr de purus a. um. ¶ Hec scoria e. suffocatio vesice. ita vt vrina denegetur vel ventris officiū. vnde hic Scorio onis. stultus. stolidus. fatuus. hec scorea ree. ab excoquo is. excoxi. dr .i. sordes ꝛ purgamētū metalloꝝ. qꝛ de ferro excoquitur. ¶ Hec sordes dis .i. putredo metalloꝝ. scoria. ꝛ aliaꝝ reꝝ. Vñ hec sordecula le. Et sordes immūdicia dom9 vel tecti. ¶ Hec spurcicia cie. de spurcus a. um. ḡtō spurci. addita cia. fit spurcicia. ¶ hic fex fecis. a fago gis. dr. ꝛ cōponitur fex cuꝫ lentos qd̄ est plenū. ꝛ dr feculentus a. um .i. plenus fece. Unde hec feculencia cie .i. plenitudo fecis. ¶ Hic squalor oris. de squaleo. es dicitur. ¶ Hec macula le. de maculo as. aui. ꝛ dicitur maculo las. de macies ei. Et est macula nota. vicium. turpitudo. macula. Et dr squama lorice. ꝛ filum rhetis. ¶ Hoc contagiū giĳ. de cōtingo gis. ¶ hec Labes labis. de labor eris. dr .i. putredo pnicies. ruina. miseria. Vñ hec labecula le. diminutiuū.

Proluuies
Tabes.
Caries.
Pus.
Scorea
Scorio
Sordes
Spurcicia.
Fex.
Squalor.
Contagium
Labes.

Glabrio/vel tinea capitis sunt hinc glabriosus. **Scabies/**
Glabria sed cuius caput occupat/est glabriosus/
Corporis ꝛ reliqui scabies est/hinc scabiosus/
Pustula corporibus totaliter heret/ꝛ vlcus.

Glabrio ¶ Hic ponit Autor sordes que contingunt hominē. τ dicit φ ista.
Hic glabrio onis. τ (put hic sumitur) est vermes in capite. τ dicit
a glaber bra. brum. τ est glaber nudus sine pilis. τ de glabrio dicit
glabriosus sa. sum. plenus glabrionibus. Item glabriosus dr̄ a hec
glabra bre. qđ est scabies ī capite. Sed nec glabrio nec glabria nec
Scabies. glabriosus. est in Papia aut Catholicon. ¶ Hec tinea nec. ppꝛie
Scabia est vermes vestimentoꝝ. τ dicit de tero is. ¶ hec scabies ei. τ hec
scabia bie. dicitur de scabo bis. bi. bere. Sed differunt hec nomina
Scabia est sicut lepra asperitas carnis cum pruritu τ squamatōne
Scabies est tenuis asperitas carnis cum pruritu τ etiam cū squa-
matione. vñ hec scabiecula le. τ scabiola le. diminutiua. τ scabiosus
Pustula. a. um. ¶ Hec pustula le. de pus qđ est putredo dicit. τ est pustula
insupficie carnis. vñ hec pustella le. diminutiuū. τ pustulentus a. ū
τ pustulosus. τ pustulens entis. i. vicerosus pustulis plenus τ tali
Ulcus infirmitate infirmatus. ¶ hoc vlcus eris. de oleo es. dicit. τ differt
Uulnus a vulnere. nam vulnus ad animi. vlcus ad corporis refert iniuriā.
Item vulnus corporis recēs plaga. vlcus vero inueteratū vulnus
Item vulnus qđ ferro vel fuste vel lapide. q̄si vi nascit. Ulcus qđ
p se nascitur in carne. ipsa putredo q̄ oleat. Uñ vlcerosus. a. um.

Serpens

Est serpēs / ydrus coluber / simul ydra / chelidrus /
Uipra / seps aspis simul τ nepa iungitur anguis
Atqꝫ dracena / draco fit scorpio de speciebus.

Ydrus. ¶ Ista nomina idem signt quo ad speciem. Hic serpens tis. (dicit
Coluber. a serpo pis) ¶ hic ydrus dri. hec ydra dre. τ illud de ydro qđ est aq̄
Chelidrus. nam serpens aquaticus est. ¶ hic coluber bri. de colo is. τ vmbra
bre. q̄si colens vmbrā. ¶ hic chelidrus dri. i. serpens q̄dā brachia-
tus vt scorpio. Et dicitur a chele quod est brachium. τ ydrus ydri.
Uipera ¶ hec vipera re. componitur de vi. τ pario ris. q2 vi pariat. ¶ hic
Seps indeclinabile (ſm Hug.) a sepio is. dicitur. quidam serpens
exiguus q̄ non solum corpus sed etiam ossa veneno ꝯsumit. ¶ hic
Nepa aspis dr̄ q̄si aspergens pus. i. venenū. vnde aspis q2 venenū immit
Anguis. tat τ aspergit. ¶ hec nepa pe. q̄dam serpens q̄ natos suos ꝯsumit.
excepto vno q̄ dorso suo incedit τ inhesit. τ post ipse q̄ seruatus est.
ꝯsumit parentem. Et dr̄ nepa q̄si necans partus. ¶ hic anguis is.
de ango gis. dr̄. ¶ hec dracena ne. vxor draconis. hic draco onis.
a greco dr̄ Greci enim draconem draconta vocant. Et dr̄ draco dū
Draco. est in templo. Anguis dum est in aqua. Serpens dum est in terra.
Scorpio. ¶ Scorpio onis. a scorte quod est dulce. τ poio is. qđ est fingo gis
ꝯponitur. hic scorpio onis. τ scorpius pij. in eodem sensu quoddam
animal venenosum est vel serpens. ¶ Cōstrue. Scorpio fit de spe
ciebus. i. de specie precedentiū serpentū.

¶ Immolo/sacrifico/facio/lito/mactito/ macto — sacrifico
Nomen carnificū/de mactando trahit ortum/
A lanio dictos/quos dicimus esse lanistas.

¶ Ista verba sunt eiusdem signationis cū hoc verbo sacrifico as. qd̄ cōponitur de sacrū ꝛ facio cis ¶ Immolo as. aui. cōponitur de in ꝛ hec mola le. ꝛ est mola (ꝓut hic accipitur) panis ex farina ꝛ aqua ꝛ sale. qua olim victime inter cornua ꝓfundebant. ¶ Lito as. aui. et differt a sacrificare. nā sacrificat qui sacrificiū facit. ¶ Facio cis. i. sacrificare. (Un̄ Virg. Cum facio vitulā ꝓ frugibus ipse venito.) Litat qui sacrificiū dat. ꝛ qd̄ sacrificio ꝑtinet vł petit vel impetrat ¶ Mactito as. aui. frequentatiuū de macto as. i. sacrificare. immolare. trucidare. interficere. Un̄ hoc macellū li. locus vbi mactantur pecora. ꝛ hic macellio onis ꝛ hic macellarius rij. qui pecora mactat ꝛ vendit carnes. ¶ Et forte Autor iste cū dixit. Nomē carnificū de mactando trahit ortū. intellexit de istis noībus macellio ꝛ macellarius. que hn̄t ortū suū a macto as. q: carnifex habꝫ ortū suū de caro carnis. ꝛ facio cis. ꝛ nō de macto. ¶ hec lanista te. ꝛ hic lanio onis ꝛ hic lanius nij. in eodem sensu. i. carnifex vel homicida macellio. ꝛ dicūtur a lanio as are. i. scindere. lacerare — Immolo. Lito. Facio. Macto. Macellio. Macellarius. Lanista

Calcius est solea/pero/sotularis/aluta.
Et quia munda luto/nomen sibi sumpsit aluta.

¶ Ista nomina idem signt̄ cū hoc. noīe hic Sotular aris. ꝛ est calciamentū pedis. ¶ Nota ꝺm Auicennā. ca. v. de ꝯseruandis extremitatibus a nocumēto frigoꝝ. dicentē. Nō oportet q sotularis aut calciamentū (quo pes tegit) sit strictus. ita vt in eo pes moueri nō possit. Et ita patet q rectius dr̄ hic sotularis i nīo casu ꝛ nō sotular ¶ hic calceus cei vel calcius cij. indifferenter ꝑ e vel i potest scribi sicut calceo a quo deriuat. de calix cis. vel a calcando. ¶ hec solea lee. a solum dr̄. q: solū pedis tegat. vel q: solo terre adhereat. ¶ hic pero onis. est calciamentū rusticoꝝ. ¶ hec aluta te. dr̄ ab alo lis. q: alit pedes. ꝛ est pellis tenuata (anglice cordovan) ꝛ ponit ꝓ calceo q: calcei inde sunt. scꝫ materia ꝓ materiato. Autor tn̄ vult q Aluta dicatur ideo. q: mūda ꝛ pura a luto ꝛ sordibus — Sotular. Notabile. Calceus. Solea. Pero. Aluta

¶ Pila vel hastile/iaculum/catapulta/sagitta — Telum
Missile/vel telum/necnon addatur arundo/
Spicula vel gesas/simul addas atqꝫ sarissas

Sagitta
Pilum
Hastile
Missile
Telum
Gesa
Notabile

¶ Ista nomina idem signt cum hoc nomine hec sagitta te qd dicit de sagio gis. vel sagax. qr sagaci iactu emittitur. Fertur enim pēnis ¶ Hoc pilum li. i. telum. dr de pello lis. Hoc hastile lis. de hasta te Hoc iaculū li. de iacio cis. i. eici iacere. ¶ Hec catapulta te. ē sagitta cum ferro bipenni (quam barbatam vocant) ¶ Hoc missile lis. de mitto tis. dr. qr est abilis ad mittendū. ¶ hec arūdo inis. ꝓprie est canna. ponitur tñ ꝓ sagitta que acuta est vt arundo ¶ Hoc telū li. a telon qd est longū dr. Hoc spiculū li. ꝛ hec spicula le. ꝓ eodem. de hec spica ce. dr. ¶ hec gesa se. est genus armoꝝ. ¶ hec Sarissa se. i. telum. ¶ Nota ꝙ pila dicuntur arma Romanoꝝ. Gesa gallicorum (anglice a iauelyn) Sarisse macedonū i. sagitte.

Terra

Ops/humus atqꝫ solū/rea terra/vel arida tellus

Ops.
Notabile
Solum
Arida
Tellus

¶ Ista nomina idem signt cum terra. Et dr terra a tero teris. quia teritur. ꝛ terimus illam pedibus nostris. ¶ hec ops opis. i. terra. ꝗ alio nomine dr rea ree. i. conscia. ¶ Nota differentiam inter ops. cops scobs ꝛ scrobs. Versus. Fex domuū scobs est. vndarum fossaqꝫ scrobs est. Facunda cops est. terre dea fertilis ops est. Et ponitur ops hic ꝓ dea terre. Et rea ree. i. humus mi. (qd de humeo es. dr.) ¶ hoc solum li. de sol solis. qr soli pateat. vnde hoc solum li. inferior pars pedis. qr eo terre vestigia imprimimus. ¶ hec arida aride. i. terra. Vñ Psalmista. Et aridam fundauerūt manus eius. ibi aridā i. siccam terrā. ¶ hec tellus telluris. ꝓprie est terra frugifera. vnde Catho. Telluris si forte velis cognoscere cultus. Et dicitur de colo colis colui colere. qr eius fructus colimus.

thalam⁹.

Lar thalamus camera/simul est penetrale re/
Addas conclaue/vel canopea/penates. /cessus
Rheticulum sericū notat nobis canopeum

Lar
Penetrale
Canopeum
Conclaue
Camera.

¶ Ista nomina idem signt cum hoc nomine hic thalamus mi. ꝛ dr de thalamos grece. qd est cubiculū latine. ¶ hic lar ris. de largior iris. vel de largus a. um. qr inde ꝓcedit largitas. ꝛ ꝓprie est domus Item lar laris. i. ignis. Vñ. Vidi larem in laribus. i. ignē in domib⁹ ¶ hec camera re. de camne qd est curuū dr. ¶ hoc penetrale lis. vel penetral lis. i. domus secreta. ꝛ dr de penetro as. vel ꝺ penitus ¶ hoc conclaue is. cōponitur de con. ꝛ hec clauis is. ¶ hoc canopeum pei. penultima correpta ꝺ canopus pi. dicitur. qd est ciuitas egypti. et ponitur canopeū ꝓ camera. Est tñ ꝓprie rheticulū ꝗdd dē serico subtilissimū quo repellūtur ꝛ musce circa lectos nobiliū. Vñ in Aurora. Rheticulum sericū. scriptura vocat canopeum

Templa/monasteria/delubraq3 fana vocamus Templū
Basilicam/simul/ecclesiam/iungimus illis

¶ Ista nomīa signt idē cum hoc nomīe hoc templū pli.plo.quod componitur de hoc tectū ti.et amplus a.um. vnde templum quasi tectum amplū. ¶ hoc monasterium rij.dr de monos quod est vnū. Monasteriū
⁊ sterion statio monachoꝝ. Hoc delubrū bri.de luo is.dr. Hoc pha Phanum
nū ni.dr de phanos quod est sonus. Uel dr a for faris ꝑ cōtrariū qa fanus non est locus fabulatōis sed deuote orōnis. ¶ Hec basilica Basilica
ce.ꝓprie domus regia est.s.palacium regis.vel impatoris.sed modo ꝑ translatōem dicitur basilica ecclesia.quasi palaciū regis. et dr basilica a basileus quod est rex. ¶ Hec ecclesia sie.interpretatur cōuocatio scilicet fidelium.quia omnes ad se vocat. Et dicitur de ec. Ecclesia
quod est ꝑpositio greca.tantum valens quantum con apud nos.et clisis quod est vocatio.quasi conuocatio.

Sunt canopea/tentoria/papiliones/ Tentoriū
A canopo castro canopeum nāq3 vocatur
Qđ conum supra portent:sic credo vocata

¶ Hic autor dicit ꝙ hec nomīa idē signt cū hoc noīe tētoriū rij. qđ dr de tēdo is.qa tēdit cū funibus.⁊ ē āglice a pauyloñ. ¶ hoc canopeū pei.supra exponit s3 nō in ista sigtōe i ꝗ rarissime repit.⁊ dicit autor ꝙ deriuatur a canopo qđ est castrū.i.ciuitas egypti.vel a conus ni.qa ad silitudinē coni a lato tēditur i acutū. ¶ hic papilio is. a pape dr ⁊ ē ꝓprie qdā auicula ꝗ i suo aduētu meret admiratōem vñ papiliones dñr tētoria ad similitudinē illius auis volātis. Canopeum
Papilio

Thuris thuribula/dic incensoria vasa Thus
Et quod idem signat:istis societur acerra

Ista noia cōueniūt i significatōe hoc thuribulū.⁊ dr de thus ris.i vas i quo thus adolet.⁊ dr a theos.vel de tundo dis.⁊ tūc nō aspiratur. ¶ hoc incensoriū rij.ab incēdo dis.incēsum su. ¶ hec acerra re.i.thuribulū. Et dr de acer ceris quadā arbore. Thus dicitur de theos quod est deus.quia in sacrificijs deorum adoletur Acerra

¶ Est turbo vētus/et flamē/flatus/et aura Uentus
Uentorum species: complectere versibus istis

Sunt subsolanus: vulturnus: et eurus: eoi
Circius: occasum: zephirusq̃: fauonius afflāt.
Sed veniūt aquilo: boreas: ac corus ab arcto
Atq̃ die medio notus afflat et affricus austro

Autor hic ponit nomīa q̄ cōueniūt in sig̃tione cū hoc nomie vētus
Deinde ponit diuersa nomīa vētoꝝ. Primo dicit. Turbo est vētus
Turbo Ventus ꝛ dr̄ turbo a tra. q̄a quotiēs talis vētus ꝯsurgit. tra in circuitu mit-
titur. Est eīn turbo vtigo vētoꝝ. Hic vētus ti. a venio is dr̄. hoc fla
men nis. a flo flas. ꝛ sr̄r flatus. hec aura re. ab aer ris. ꝛ est aura le
uis vētus. ¶ Deinde dicit autor. o lector cōplectere spēs vētoꝝ in
Subsolanus istis vsibus q̄ sequūtur. Subsolanus. vulturnus. ꝛ eurus sūt eoi. i.
Vulturnus vēti oriētales. Subsolanus dr̄ de sub ꝛ sol solis q̄a sub ortu solis sur
Eurus git ille ventus. s. directe in oriēte. ¶ Vulturnus est ventus collate
ralis sibi vsus austrū ¶ Eurus est collateralis sibi vsus aq̄lonem
q̄ alio noīe dr̄ euro aq̄lo vel triphonitus. Circius. zephirus et fa-
Circius uonius afflant occasum. s. solis. i. veniūt ab occidēte. Circius cij. de
circus ci dr̄. i. circulus. ꝓpter vētus q̄ diuerse ꝛ acriē circuitū faciē
zephirus do volat. ¶ hic zephirus ri. grece florēs dr̄. q̄a flores in germia in
eius flatu viuificētur. q̄ alio nomie dr̄ fauonius a fauco es. q̄a fauo
re flores ꝓdūtur. ꝛ terra germiatur. Sed aq̄lo boreas ac corus ve-
Aquilo niūt ab arto. i. a plaga boreali. Hic aq̄lo nis. ab aq̄ dr̄. ꝛ dr̄ aq̄lo q̄si
ligās aq̄s. q̄a vētus est serenus ꝛ aq̄s stringit scꝫ cōgelādo. Idē et
Notabile boreas dicitur. q̄a ab iperboreis oris flat ꝛ idē corus vocatur. Et no
ta q̄ corus ꝓ vēto ꝓducit primā. ꝛ caret aspiratiōe. In aliq̄bus si-
Constructio gnificatōibus corripit primā. et habet aspiratōem. vn̄ vsus. Cōso-
na turba corus quotiēs est aere chorus. ¶ Construc vltimū vsum
atq̃ nothus ꝛ affric⁹ afflāt ab austro. i. a plaga australi. medio die.
Hic nothus thi. dr̄ malus ꝛ sinister vētus. s. auster q̄ pluuiosus est.
ꝛ calore suo flores et pisces in mari adulterat. ꝛ corrumpit. Et nota
q̄ nothus ꝓ vento scribitur cum h. et corripit primam. Sed notus
a. um. de nosco scis. ꝓducit primam. vnde quidam. Flatur summa
nothus crebro mihi flamine notus. Hic affricus ci. est ventus flās
a meridie. vnde pap. Affricū dicimus ventū a meridie flantē.

Vinum Vina: merū: bachus: bronius: vel liber hiacus
Istis lieus coniungitur atq̃ lieus:
Atq̃ tenēs mentē temetū: faciet temulentū

Est idromellū: mulsum: nectar: ceruisia: syra
Pigmentū: mustū: mellicratū: falernum
Et sapa quod medici ponūt sub nomine vini

¶ Hic docet autor cōuenientiā in significatione cum hoc nomie vinū ni. Deinde ponit in gñali diuersa nomia potuū. Hoc vinū ni. de vitis vitis dr̄. qa de vite pcedit. ¶ Hoc merū ri a meris quod est diuisio dr̄. Et pprie merū est bonū vinū et clarū τ fece diuisum. ¶ hic bacchus chi. est deus vini. τ ponitur qñq3 p ipo vino vt ibi. Cū venere et baccho. τc. ¶ hic bronius nij. i. deus vini. vel ipm vinū. et dr̄ a bronim quod est appetere. qa dat appetitū comedēdi. ¶ hic liber bri. i. bacchus. τ dr̄ de libero as. qa liberat aim de curis. ¶ hic hiatus ti. i. bacchus. Et dr̄ de hio as. qa facit venas hiare. Lineus τ lieus. i. bacchus. τ dr̄ a lien quod est splen qa a splene risus pcedit. τ ebrij q̄si sempridēt. Vel dr̄ a ligo as. qa ligat liguā. τ impedit expedite loqui. ¶ hoc temetū ti. a teneo es. τ est pprie bonū vinū. qa teneat mētes. vñ temetū q̄si tenēs mentē dr̄. vñ temulētus a. um quod cōponitur de temetū τ lētos qd̓ est plenū. τ ē temulētus ebrius plenus vino. ¶ Post hec nomia ponit autor noia quorūdā potuū. τ sunt ista. idromellū li. i. aq̄ mellita. Et cōponitur ab idor qd̓ ē aq̄ τ mel lis. Hoc mulsū si. vel hec mulsa se. q̄dā potio q̄ ex aq̄ vel vino τ melle ↄficit. τ dr̄ de mulceo es. Itē mulsū si. id ē qd̓ medo. ē ei medo a melle dictū. i. potio mixta cū melle. ¶ hoc nectar ris. penultima gti correpta de necto is. dr̄. liquor. s. vinū pigmētatū dictū qa nectat linguas bibentiū ¶ hec ceruisia sie. de ceres ris dr̄. qa de de cerere. i. de frugib⁹ fit. ¶ hec sira p sincopā dr̄ de hec cicera re. τ est q̄dā potio q̄ fit ex succo frumēti. pomoꝝ. cerasoꝝ. vel pirorum vel hmōi fructuū. Et etiā omis potus cōfectus pōt dici sicera, τ est nomē hebrcū. vel dr̄ succus. ¶ hoc pigmētū ti a pila dr̄. i. taberna. qa in pila tūsum est. τ est pigmentū ↄfectio ex vino τ melle τ diuersis spēbus suauis et odorifera. ¶ hoc mustū sti. a mus qd̓ est terra dr̄. Mustū ti. vinū qa in se hēat terrā. τ vinū mixtū. ¶ hoc falernū ni. a falerno monte campanie dr̄ vbi optimū vinū crescit. ¶ hec sapa pe. a sapio pis. dr̄. i. acetum vel dulce acidum vinum.

Merum
Bacchus
Bronius
Temetū
Idiomelum
Mulsum
Nectar
Ceruisia
Sira
Pigmētum
Mustum
Sapa

Est indumentū: vestis: vestitus: amictus
Exuuias: spolia: cū pannis: addito texta
Quod legis est textus: depellit τ frigora textū
Panniculos inopis: velamina iūgimus illis.

Vestis

His vestimentũ societur et operimentum
Quod nisi longatũ: versu nequit esse locatũ

Ista nomĩa cõueniũt in significatõe cũ hoc nomĩe hec vestis tis. ti ꝛ dr̃ de vestio is. Hoc indumẽtũ ti. de induo is dr̃. Hic vestitus tus. tui. de vestio is. Hic amictus tus. tui. de amicio cis ciui. cire. i. tegere. Hec exuuie aꝝ de exuo is. ꝛ sunt exuuie ducũ et spolia p̄imoꝝ. ꝛ dr̃ hoc spoliũ lij. de spolio as. aui. are. Hic pãnus ni. a pan qđ ẽ totũ vel oĩe. q̃a pãnus in oĩ hoĩe appet. vñ hic pãniculus li. dimiñ. ꝛ sũt pãniculi pueroꝝ ¶ hoc velamẽ is. a velo as. i. tegere. Hoc vestimentũ ti. a vestio tis. tiui. tire ¶ hoc opimentũ ti. de opio. is. iui. ire. i. tegere. Et nota ꝙ opimentũ nõ põt stare in vsu. q̃a hẽt breuẽ syllabã iter duas lõgas. viꝫ. pe. ¶ hoc textũ ti. de texto is. i. vestis. Item hẽtur hic textus tus. tui. qđ ẽ grossior lr̃a in libro (ãglice a texte) ¶ Cõstrue. illũ vsum. Quod legis est textus. illud quod legis ĩ libro est textus. sed textũ. i. vestis est que depellit frigora. i. frigus.

Vinum significant/vinetum/vinea vitis
Vinetum ꝓpꝛie locus est vbi vinea crescit
Pampinus est folium/botrus flos/vinea totũ
Vuã multa simul dic singula grana racemos
Surculus aut ramus: est palmes: siue ꝓpago
Vinea siluestris sterilis labꝛusca vocatur

Ista noĩa cõueniũt in significatõe cũ vinea. Hoc vinetũ ti. a vinea dr̃. Hec vinea e. a vinio is. dr̃ ¶ hec vitis tis. a vicio cis ciui. ire. dr̃ i. ligare. q̃a vites ligãtur. ¶ Post hec ponit autor q̃dã noĩa pertinẽtia ad vites. ¶ hic pãpinus ni. i. foliũ vitis. dr̃ de palmes mitis. ¶ hec botrus tri. fẽi geñ. illud qđ est ĩ acino. sed poniẗ q̃nq꜡ ꝓ acino. q̃nq꜡ ꝓ vua. q̃nq꜡ ꝓ racemo. Et iueniẗ aliq̃ñ masculini gñis. Vt deutroñ. xxxij. Botrus amarissimus. ¶ Hic acinus est botrus vel g̃nellũ illud qđ est in g̃no vue. ꝛ dr̃ de hoc acetũ. ¶ hec vua ue. ab humeo es. q̃a itus ẽ huida vel huõꝛe plẽa ꝛ succo ꝛ piguedine ꝛ est vua ip̃m totũ cũ racemis acinis. ¶ hic racem⁹ mi. a ram⁹ dr̃. i. paruus ramũccul⁹ cũ vua. ꝛ ẽ ꝓ botri vel g̃nũ ¶ hic surcul⁹ li dimiñ. de surcus qđ ẽ a sursũ. Ramus mi a radix cis. dr̃. vñ ramuscul⁹ li. hic palmes tis. ẽ ram⁹ vitis ꝓpẗ fecũditatẽ a palma dict⁹. hec ꝓpago is. flagellũ vitis de ꝓpago as dr̃. ¶ hec labꝛusca ce. est vitis

Exuuie
Pãnus
Vinea
Pãpinus
Vua
Palmes
Labꝛusca

siluestris. a labrum dicitur. ideo quia labris. id est. extremitatibus. vel agrorum finibus vel marginibus nascatur

Aluus/ ⁊ alueolus est venter/ ventriculusq; Venter
Additur his vterus/ pregnātibus appropriatus
Uirginis est aluus/ ⁊ sic alendo vocata/
Ex vtero dicti germani sunt vterini.

¶ Ista nomina idem signt cum hoc nomine hic venter tris. Et dr venter a ventus di. qr ventū ꝯcipiat. Et differt ab aluo ⁊ vtero. Nā Aluus est illud receptaculū quod recipit cibū. ⁊ in quo sordes sunt ⁊ purgari solet. Uñ dr sic qr abluatur. i. purgetur. ex ipso enī sordes stercoꝝ defluūt. Uenter vero est qui acceptos cibos tegit ⁊ apparet extrinsecus. scz pars exterior in qua est pinguedo. ⁊ ꝯtenditur a pectore vsq; ad inguinem. ⁊ est venter. quia p totum corpus vite alimenta transmittat vel accipit ventū. ¶ Uterus ꝓprie est mulieris in quo concipit. Et dr vterus qr duplex sit ab vtraq; in duas se diuidit partes. vel qr interius impleatur fetu. Item a venter ventriculus li. diminutiuū. Hic vterus ri. ab vter vtra vtrū. vt supius dicitur. ⁊ est ꝓprie mulieꝝ scz locus conceptionis. Et ab vtero dicit vterinus a. um. Et sunt vterini qui ex eodem vtero ⁊ diuersis patribus sunt geniti. qr vterus tm̄ mulieris est. ¶ Hec aluus alui. ab aluo is. ⁊ est aluus que cibum recipit ⁊ purgari solet. Uñ alueolus li. diminutiuū. i. paruus aluus. Iste Autor vult q aluus dicatur ab alo alis. sed potius de abluo is. deriuatur

Differunt

Uenter
Uterus
Aluus

¶ Liber synonymoꝝ Magistri Johannis de Garlandia/ vna cū expositiōe magistri galfridi anglici/ vigiliq; diligentia orthographie stilo correctus ⁊ exaratus, cum notabilibus in marginibus insertis/ in regia quoq; Ciuitate Londoñ. impressus per Richardū Pynson/ feliciter finit. Anno incarnati verbi. M. CCCC. Lxxxxvi.


Richard Pynson

Multoꝝ vocabuloꝛũ equiuocoꝛũ interpꝛetatio/
Magiſtri Johãnis de Garlandia grammatico⁊
⁊ latini cupido ꝑmaxime neceſſaria/ Incipit.